



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Petrus Andreas de Zamora Nouitius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

pluribus vulneratus, in opere nobili vitae finem imposuit.

P. Petrus Andreas de Zamora Nouitius.

*Hispanus.* In insula Mindanao videbatur semen fidei Christianæ in Philip- pinis.  
28. Dec. nuper à Marcello Mastrillo  
1639. iactum bonam messem pro-

mittere. P. Petrus Societate iterum impetratâ, in ea secundum tiro, ad eius agri cultionem destinatus est; quia virtute iam benè maturus. Apud Buhayenses milites egregia de illius sanctimonia fuit opinio, cùm suo corpori pessimè faceret, alijs verò quam optimè facere pro virib[us] conniteretur, nobili flagrantia charitatis. In omni rerum ad vitam degendam necessariarum penuriâ superabundabat gaudio, & valebat firmus cor-

po-

*Charitas.*

pore , animo firmior . Nitibatur omni operâ Mahometanos inter & Hispanos amicitiam componere; quò viam aperiret , ad eos Christo sic addicendos . Hoc agentem adorti Mahometani, vulneribus ita confecêre , ut tertio post die animam exhalârit .

P. Antonius Sociro .

In Ceilano insula per annos multos Christo militans multos ad eius fidem adduxit . pedes itinera ingentia exantlauit . Magnum in illo fuit orandi studium; incredibilis amor arctissimæ paupertatis . Opinio sanctimoniarum de illo tam erat peruvulgata, ut sine illo in barbaros mouere Lusitani nollent: dicerentque; Deum ab eo exoratum dare victorias. Sitizen-

Lusitan⁹.  
in Ceilano.  
incerto  
mense .  
1637.  
et at. 61.  
Soc 45.

Oratio .

S 2 ti